Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Upphome de Colyford in com' Devon' dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Thome Courteney filio et heredi dni Hugonis Courteney Comitis Devon' Philippo Courteney filio et heredi dni Johannis Courteney militis et Johanni Loterell filio et heredi dni Hugonis Loterell militis omnia mea terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis in burgo de Colyford predicto. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis prefatis Thome Philippo et Johanni heredibus suis et suis assignatis imperpetuum de capitalibus dnis feodi illius per servicia inde debita et de iure consueta. Et ego dictus Willelmus et heredes mei omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis prefatis Thome Philippo et Johanni heredibus suis et suis assignatis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Hiis testibus Johanne Stonford preposito burgi predicti Johanne Mabbe ibidem Willelmo Thoma Pyper Willelmo Hobbe et Johanne Wodecoke ac multis aliis. Dat' apud Colyford predict' undecimo die mensis Novembris Anno Regni Regis Henrici quinti post conquestum Anglie octavo.

© Colyton Chamber of Feoffees 2018

2/24a

Conveyance of a Tenement in the
Borough of Colyton from William
Wyggons to —— Courtenays Sons
& heirs of Hugh Courtenay —
dated 8th King Henry 5 — or A D 1421

16.

1420